

## C A P U T III.

*Respondetur ad singula puncta  
depositionum extraordinariorum.*

## §. I.

*Respondetur ad primum & secundum  
punctum.*

**D**eposuerunt ergò expressè duæ ve-  
latae & 2. laicæ sorores 25 annis  
post emigrationem ex suo Monasterio.  
1. *Omnes & singulas fuisse & adhuc esse  
professas moniales, & professas laicas so-  
rores Monasterii S. Achatii Ordinis S. Do-  
minici. 2. Illas semper Provinciali & ejus  
Vicario Germania superioris sine ulla ex-  
ceptione subjectas fuisse, & ab illis visi-  
tatas.* Si sub initium statim respondeam  
falsas esse has duas depositiones, mi-  
bone Promulgator harum & aliarum!  
bilis tibi movebitur. Ut ergo ea paula-  
tim subsideat ac digeri possit,

## I.

Cujuscun-  
que demum  
Ordinis  
Achatianæ.  
id nil facit  
ad rem in  
ordine ad  
punctum  
principale,  
sive valo-  
rem con-

Resp. 1. Quòd punctum principale  
hac in materia considerandum, sive  
valorem contractûs, vi cujus justo ti-  
tulo PP. Soc. Monasterium S. Achatii  
acquisiverunt, elidendum, nil profus  
ad rem facere, cujus Ordinis fuerint  
Achatianæ Moniales. Si neges, quis-  
quis es, quòd supremus Pontifex va-  
lidè licentiam dare possit alienandi aut  
distr-

distrahendi bona Ecclesiarum vel reli-  
 giosorum quorumque , & ad alios re-  
 ligiosos sive titulo donationis , sive em-  
 ptionis transferendi ex causis legitimis  
 ac verè gravibus , & in majus Divinæ  
 gloriæ incrementum : vel sustineas con-  
 tractus ejusmodi valorem saltem vocari  
 posse in dubium , etiam non obstante ,  
 quòd expressis verbis graves causas al-  
 leget Pontifex , adeoque Jesuitis v. g.  
 ratione Achatiani Monasterii post 150  
 annos ab adepta possessione priùs litem  
 coram competente Judice intentes.  
 Videbis quid per decursum hi ex SS.  
 Canonibus , Theologis , Canonistis ,  
 decisionibus rotalibus stylo ac praxi Ro-  
 manæ Curix te docturi sint ; atque  
 ostensuri , quàm fundatè Achatianis in-  
 clusis petentibus facultatem vendendi  
 perpetuò Monasterii Gregorius XIII.  
 30 Martii , 1582 , in Bulla : *Exponi  
 siquidem* ; eam indulserit his adjectis for-  
 malibus : *Eciam absque alio assensu quo-  
 rumcunque regularium Superiorum , &c.*  
 Item quam vim ex iisdem NB. gravi-  
 bus rationibus habeant in eadem Bulla  
 sequentia : *Decernentes presentes has no-  
 stras de subreptionis vel obreptionis titulo ,  
 vitio , seu intentionis nostre vel alio quo-  
 piam defectu nullo unquam tempore notari ,  
 neque illa suspendi vel revocari , aut ad  
 viam juris reduci , etiam ex eo quod NB.  
 interesse habentes vocati , vel solennitates*

tractus eli-  
 dendum, vi-  
 cujus PP.  
 Soc. earum  
 Monaste-  
 rium acce-  
 perunt.

in similibus venditionibus requisita servata omnia fuerint, seu alio quovis pratextu, ingenio vel causa, quantumvis legitima etiam enormissima lesionis annullari & invalidari unquam posse, nec cuique contra premissa actionem competere irritumque & inane, quidquid secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, &c. Lege plura, si voles, C. 5. Lit. A.

II.  
Rationes  
ex quibus  
probatum  
Achatianas  
non fuisse  
Ordinis S.  
Dominici:

Resp. 2. Parùm igitur nos angit, cuius Ordinis Moniales Achatianæ fuerint: nec operæ pretium videtur respondere ad duo prima puncta depositionum. Quia tamen, tam liberaliter dicam, an crudeliter à puncto 6. Depositionum, usque ad 10. inclusivè, & in famoso Notamine Gisbertiano fama Patrum Soc. proscinditur, atque tam multa vidèris ignorâsse, mi Promulgator bone harum depositionum! in quæ meliùs præviè inquirere debueras; verbis S. Hieronymi ep. 11. te amice alloquens: *Quæso, & iterùm deprecor, ut ignoscas disputatiuncula mea, & quòd modum meum egressus sum, tibi imputes.* Dubia ergò aliqua vel argumenta exercitii & veritatis enucleandæ causâ tibi propono contra thesin vel depositionem hanc: quòd Moniales Achatianæ fuerint Ordinis S. Dominici, ac Provinciali, & ejus Vicario Germ. Sup. sem-

semper sine ulla exceptione subjectæ, &c. Et 1. quidē ex testimoniis historicorum temporis. 2. Ex pervetustis documentis harum Monialium. 3. Ex historia domestica ab ipsis Monialibus Achatianis nobis relicta, & Diplomatum Archi - Episcoporum Colonien- sium historiæ huic insertis. 4. Ex Bullis Pontificum. 5. Ex Diplomatum Magistrorum Generalium S. Ord. FF. Prædicatorum. 6. Ex noticia duplici typo data domorum & Provinciarum omnium Ord. FF. Prædicatorum. 7. demum ex propria confessione Monialium S. Achatii, aliorumque Prælatorum testimoniis.

Eberhardus Winheim, Carthusianus Würzburgensis, in libro de Agripp. Ecclesiis, Ecclesiæ S. Achatii primordia, & finem describens p. 194. anno 1607. inter cætera dicit; *Quod ea cum Monasterio initium accepit à quadam devota Coloniensi vidua, qua ibidem semetipsam inclusit. Temporis autem successu partim assecularum Virginum, partim Patriorum, ut Lyskirchen, & Sudermannorum pietate in honestum Monasterium ampliatum, Virginibus de Ordine NB. S. Augustini sponte sua cedentibus Auctoritate Ordinarii, & Romani Pontificis, Patri- bus S. J. justo emptoris titulo appropriatum est.*

Huic alios Historicos, affirmantes:

III.  
Probatur  
id ex Histo-  
ricis.



Achatianas fuisse Ordinis S. Augustini. v. gr. Gelen. Crombac. &c. subnectere possem, sed brevitatis causâ omitto.

IV. Habemus in Collegii Archivio Monasterii Achatiani ab ipsis Monialibus accepta monumenta authentica ab anno 1316, usque ad annum 1582. Quæ dum lego & relego, invenio, quòd Sæculo XIV. nequidem inscribant se Moniales Ordinis S. Augustini, sed simpliciter: *Magistram & inclusas reclusorii S. Achatii*; sive idiomate patrio tunc usitato: *Meistersche / und Inklusenerßen / up Sanct. Marcellis Strassen / binnent hed Pauels Kirspel gelegen*. In documentis Sæculi XV. vocantur Ordinis S. August. nec aliud nomen Monialium præpositæ datur, quàm *Magistra*. In documentis Sæculi XVI. vocantur promiscuè jam *Preposita*, jam *Priorissa*, & aliquando conjunctim *Magistra & Domina & Priorissa*. Unde colligi potest, dicebat quidam, cum ejusmodi mixtura vel combinatio titulorum Superioribus Monialium S. Ord. FF. Prædicatorum familiaris non sit, ne Stylum quidem sacri Ordinis hujus inclusis Achatianis notum fuisse. Ut ut sit: hoc enim verò mirabile est, quòd in tot monumentis authenticis, quæ habemus, Moniales illæ vocentur, & se vocent Ordinis S. Au-

Idem probatur ex vestigis Documentis monialium S. Achatii.

August. &  
peribile fir:  
is S. Domin  
his nancuper  
Ordinis esse  
Sæculum pro  
nus anno 16  
Monasterium  
relate hoc  
Ordinis tuen  
semper Provi  
lap. sine all  
Quam id  
taria quim  
umenta, q  
diderunt M  
hanc pro  
quiritis le  
gressus Mo  
tum superio  
redire cum  
nare; n  
luderes a  
ad verbum

Fundati

Olim  
Soy  
in Ecc  
Spiritu

S. August. & nullum per tria Sæcula reperiibile sit: in quo vel semel Ordinis S. Dominici sive à se ipsis, sive ab aliis nuncupentur. An nescierunt cujus Ordinis essent? Aut erubuerunt in III. Sæculum profiteri, quod erant? Et prius anno 1607. post extinctum dudum Monasterium duæ velatæ, & duæ non velatæ hoc lumen acceperunt, quod Ordinis fuerint S. Dominici, & NB. semper Provinciali & ejus Vicar. Germ. sup. sine ulla exceptione subjectæ?

Quàm id erroneum sit, patet ex hîstoria quàm Societati inter cæteta documenta, quæ debebant, simul extradiderunt Moniales Achatianæ. Mallem hanc pro autoritate venerandæ antiquitatis lectori avido inittii, & progressus Monasterii illius, cujus jam exitum superius legit, in suo proprio characterè cum abbreviationibus communicare; nisi facilitas typi & lectionis suaderet aliud. Reddo itaque de verbo ad verbum authenticè ità:

V.

Idem probatur ex hîstoria domestica Monialium S. Achatii, & in ea citatis diplomatis Archiepiscoporum Colonienfium.

*Fundatio Monasterii Sancti Agatii Colonien.*

Olim Sophia, filia quondam Sophiæ Pistricis Beghyna, in Ecclesia Colonien. accensa Spiritu devotionis de domo sua



fita Coloniae in vico D. Marcel-  
li ex utroque latere intervenien-  
te hæreditati Conventûs veteris  
montis de sumptibus & bonis  
suis Recluforium & capellam  
construxit, & in illo cum una  
vel duabus fororibus, quas sibi  
assumere voluit, Deo famulari  
instituit, & in ultima sua vo-  
luntate deputavit aliam foro-  
rem, quæ post ejus obitum si-  
militer cum una vel duabus so-  
roribus loco sui hujusmodi in-  
stitutum continuaret.

Patet ex  
litera q:  
Dni. Hen-  
rici, Archi-  
Episcopi de  
data Anni  
1316. Feria  
fexta post  
Andree  
Apostoli.

Quam foundationem, q:  
Dominus Henricus, Archi-  
Episcopus Coloniensis, bonæ  
memoriæ authoritate suâ con-  
firmavit, & consensum suum  
adhibuit, salvo tamen jure Pa-  
rochialis Ecclesiæ, commisit-  
que Suffraganeo suo, ut dictas  
sorores includeret, & Capellam  
consecraret.

Patet ex  
litera Dni.  
Walrami  
de data an-  
no 1341. in  
crastino

Hanc novellam foundationem,  
Dominus Walramus, Archi-  
Episcopus Coloniensis. postmo-  
dum ampliavit, & numerum  
dicta-

dictarum sororum auxit; ipsis-  
 que concessit, quò debeant sub  
 cura & regimine Fratrum Præ-  
 dicatorum in Colonia esse; &  
 secundum regulam D. Augusti-  
 ni vivere, & ipsis Prædicatori-  
 bus confiteri, & ab iisdem Ec-  
 clesiastica Sacramenta recipere;  
 item Magistram eligere, & non-  
 nulla alia.

B. Jacobi  
 Apostoli.


Hujusmodi foundationes D. Pi-  
 leus, Cardinalis sanctæ Praxe-  
 dis, Commissarius Apostolicus,  
 auctoritate suâ confirmavit.

Patet ex  
 litera de da-  
 ta Mogun-  
 tiæ 3. Idus  
 Aprilis  
 Pontifica-  
 tus Dni. Ur-  
 bani sexti.  
 Anno se-  
 cundo.

Subsequentibus annis orta fuit  
 controversia inter dictas Magi-  
 stram & Sorores ex una, & Pa-  
 storem Parochialis Ecclesiæ Di-  
 vi Pauli, ac Thesaurarium Ec-  
 clesiæ Divi Andreae ex altera  
 partibus ratione jurium Paro-  
 chialium, quæ tandem transa-  
 ctione finita est taliter, quòd  
 Sorores in reclusorio certis die-  
 bus Sacramenta à Pastore suæ  
 Parochiæ recipere deberent;  
 aliis verò temporibus à suo  
 Confessario recipere possent; &

Patet ex  
 Bulla Euge-  
 nii IV. de  
 data anni  
 1432. quarto  
 Idus Maji.





pro his omnibus Sorores Pastori tres solidos nomine Missalium singulis annis solverent. Quæ transactio præsentata est Sedi Apostolicæ pro approbatione. Pontifex pro tempore commisit examen transactionis Præposito Ecclesiæ ad gradus cum potestate, quantum preces veritateniterentur, transactionem confirmandi; item concedendi dictis Sororibus, quòd sepulturam suam apud Ecclesiam Fratrum Prædicatorum; item Confessarium ex eadem domo sibi contigua eligere possint.

Hujusmodi bullam & favorem in ea concessum Sixtus IV. non tantum confirmavit, sed & ampliavit, dictisque Magistræ & Sororibus concessit, ut quoties Magistræ & Sororibus placuerit, discretum & honestum virum Professum dicti Ordinis Prædicatorum ex prædicta aut alia domo eorundem Fratrum in Confessorem, qui extra clausuram earundem propè septa dicti Monasterii habitet, &  
Con-

Confessionibus auditis absolvat, Dominica celebret Sacramenta, quodocunque ministret, Sorores recipiat, vestiatur, velet, benedicat, &c. assumant, & assumptum ad earum nutum amoveant, & alium sub cuius cura & regimine vivant, surrogent, quanquam etiam Prior & Fratres istius domus, ex qua illum assumendum duxerint, eis concedere & permittere teneantur, quodque corpora morientium Magistræ & Sororum ac personarum suæ familiæ in Capella sui reclusorii jam benedicta sepelire; quanquam etiam tempore interdicti Missam audire, ac etiam per generalem Magistrum, Ordinis Prædicatorum, seu ab eo specialiter deputandum, non autem per eorundem Commissarios, aut alios Inferiores, absque tamen mutatione status, seu modi vivendi, quem tunc sub clausura & diligenti custodia, secundum dictam Beati Augustini regulam profitebantur, & habebant,

Patent hæc  
ex duabus  
Bullis  
Sixti IV.  
de data an-  
ni 1483. ter-  
tio Idus  
Maji.



visitari deberent, nec non Dominos Præpositos D. Georgii, & Beatæ Mariæ ad Gradus, ac S. Cuniberti Colonien. Decanum deputavit in conservatores privilegiorum in prætaçta Bulla concessorum, &c.

*Concordet cum ex antiqua Scriptura,  
& litera mihi producto originali,  
PET. NINGELGEN,  
Not. Apost. Imp. m. p.*

Volvat & revolvat, legat & relegat, quisquis amans est, historiam hanc, reflectâtque an vel unicum reperiât vestigium in §§. 4. primis, quòd Moniales illæ non Ordinario & Pastori S. Pauli, sed Ordini S. Dominici subjctæ, & idedò exemptæ fuerint. Paraphrasi non utor; nec explicatione, minus auxilii indiget res per se clara.


## VI.

Idem probatur ex Bullis Pontificiis eidem inferis.

Verùm in §. 5. & ultimo Sixtus IV. Pontifex Maximus, committit curæ, concedit Confessarium, delegat Magistrum Ordinis FF. Prædicatorum pro visitatore, vel alium ab NB. illo solo nominandum. Et quis prudens (dices forsitan mi anonyme Promulgator) non conjiciat ex his Moniales illas fuisse Ordinis S. Dominici? Verùm ego imperitum juris canonici, & heteroclytum interpretem communis praxeos Ordinum

num eum jure proclamo, qui ex com-  
missa Monasterii cura & facultate data  
audiendi Confessiones Monialium, ve-  
stiendi, &c. eas Ordini illi subjectas  
facit, è quo hic vel ille Religiosus ear-  
um Confessarius assumptus est. Ex hoc  
fundamento centena jam Monasteria  
essent Ordinis Societatis JESU, quæ  
tamen profiteretur habere se nullum.  
Non ad examen revoco, quòd Mo-  
niales pro libitu Confessorem eligere,  
assumptum iterùm dimittere, alium ad  
nutum deponere potuerint, quæ omnia  
non Ordinis, sed specialis facultatis, in  
favorem Monialium datæ, sunt indicia.  
Neque visitatio Magistro Ordinis in  
ista restrictione cit. §. ultimi concessa  
evincit quidquam, nisi pro meliori  
disciplina Monialium concessum id esse,  
ut NB. absque mutatione statûs secun-  
dùm regulam S. Augustini in suo flore  
perseverarent. Ideoque & idem Pon-  
tifex Max. RR. Præpositos S. Georgii,  
& B. Mariæ ad Gradus, nec non De-  
canum S. Cuniberti utpote Conserva-  
tores privilegiorum deputavit. Quæ  
deputatio certè non subjicit Ordini, sed  
Ordinario, ut antè fuerant, subditos  
relinquit. Faverem ego ex animo, ut  
ex his confici posset, Moniales Acha-  
tianas fuisse verè & propriè Ordini S.  
Dominici subjectas. Nihil enim hoc ad  
punctum principale quæstionis, hoc est,

ad



ad valorem contractus, vi cuius ad nos  
pervenit Monasterium illud, sive con-  
firmandum, sive elidendum contribuit.

**VII.**  
Idem pro-  
batur ex li-  
teris Magi-  
strorum ge-  
neralium  
Ordinis FF.  
Prædica-  
torum.

At cum hætenus nullum appareat  
ejus vestigium, despero tandem peni-  
tus mi Anonyme Promulgator deposi-  
tionum extraordinariarum: quod do-  
ctis, imò & indoctis persuasuri simus  
Achatianas Moniales fuisse Ordinis S.  
Dominici, nisi aliis mihi armis succurras.  
Excute ergò scrinia & armaria, quæ  
habes, omnia. An non argumentum  
tandem invincibile; v. gr. ex ipsis Ge-  
neralium Magistrorum Ordinis tui effa-  
tis aut oraculis depromere possis, quo  
conficiatur Achatianas fuisse Ordinis S.  
Dominici. Ego fateri cogor, quod ex  
duorum Generalium gratiosis ad Acha-  
tianas datis literis, quas in Archivio  
habemus, aliud colligi non possit, quàm  
quod ipsi Magistri Ordinis FF. Prædi-  
catorum judicârint tantùm distate in-  
ter Moniales Achatianas & Domini-  
canessas, quantum inter filias & extra-  
neas adoptivas, sive, ut vocant, affiliatas.  
Ecce enim F. Leonardi de Florentia  
SS. Theol. Prof. ac totius Ordinis Præ-  
dic. humilis Magistri ac Servi, Fribur-  
gi in Generali Capitulo, in die Pen-  
tecostes, anno 1419. celebrato; item  
F. Barthol. Texerii, SS. Theol. Prof.  
ac totius Ord. Præd. Magistri Generalis,  
in Comitibus Generalibus Colonia; 1428.


celebratis præsentis & præsidis literas  
patentes, ad Moniales S. Achatii datas.

*Devotis & in Christo sibi dilectis Bela  
Vamme Dautve, Magistra, ac aliis So-  
roribus in reclusorio Civitatis Coloniensis,  
in vico S. Marcelli, Frater Leonardus  
de Florentia, Sacra Theologia Professor,  
ac totius Ordinis Predicatorum humilis  
Magister & Servus, salutem & eterno-  
rum affluentiam gaudiorum. Vestra devo-  
tionis affectus, quem audiivi ad nostrum  
Ordinem vos habere, exigentia digna re-  
quirat beneficia nostro collata Ordini à co-  
piosa clementia Redemptoris charitati ve-  
stra gratiosius impartiri, propter quod vobis  
omnium Missarum, Orationum, Predicatio-  
num, Vigilantium, Jejuniorum, Abstin-  
tiarum, Laborum, caterorumque bonorum,  
quæ per Fratres ac Sorores nostri Ordinis  
Dominus Iesus Christus per Mundum fieri  
dederit universum, participationem concedo  
tenore præsentium specialem in vita pariter  
& in morte, ut multiplici suffragiorum præ-  
sidio, & hic augmentum gratiæ, & in futuro  
mereamini æterna vitæ præmium possidere,  
in cuius concessionis testimonium Sigillum  
mei Officii duxi præsentibus appendendum.  
Datum Friburgi, in nostro Generali Capitulo,  
festo Pentecostes ibidẽ celebrato anno Domi-  
ni millesimo quadringentesimo decimo nono.*

Concordat cum ex antiqua in pergam-  
meno conscripta litera mihi pro-  
ducto originali,

PET. NINGELGEN, Nor. m. p.

De-



Devotis , & in Christo sibi dilectis  
Magistra & Sororibus omnibus in re-  
clusorio platea Sancti Marcelli degeni-  
bus, presentibus & futuris Civitatis Co-  
loniense F. Barthol. Texerii, Sacra Theo-  
log. Prof. ac totius Ordinis Predicato-  
rum humilis Magister & Servus, salu-  
tem in Domino IESU & spiritualem  
consolationem. Vestra Devotionis affe-  
ctus, quem habetis ad nostrum Ordinem  
specialem, exigentia digna requirit be-  
neficia nostro collata Ordini à copiosa  
clementia Redemptoris vobis gratiosius  
impartiri, propter quod vobis omnium  
Missarum, Orationum, Predicationum,  
Jejuniorum, Vigiliarum, Abstinentia-  
rum, Laborum, caterorumque bonorum,  
quæ per Fratres & Sorores nostri Ordinis  
Dominus noster IESUS Christus per  
Mundum fieri dederit universum, par-  
ticipationem concedo tenore presentium  
specialem in vita pariter & morte, ut  
multiplici, &c. ut supra. In cuius con-  
cessionis testimonium sigillum mei officii  
dixi presentibus appendendum. Datum  
Colonia, post nostrum Generale Capitu-  
lum, anno Domini M CCCC XXVIII.  
mensis Junii, die decima.

Concordat cum originali ex antiqua  
Scriptura in pergamento, quod  
attestor,

PET. NINGELGEN, Not. Ap. m. p.

In

In hac liberali concessione, sive his duobus affiliationis patentibus tria sunt consideranda. 1. Quòd Generales Magistri Achatianis non dent titulum: *Ordinis S. Dominici*. 2. Quòd eas faciant participes meritorum non tantum fratrum, sed etiam NB. sororum Ordinis, adeoque eas pro sororibus Ordinis propriè & strictè non habuerint. 3. Quòd participatio meritorum totius Ordinis à Generalibus Ordinum non detur in sed extraneis, ideo affiliatis dictis: qui vel quæ etiam solent sæpè vocari Fratres vel Sorores Ordinis, à quo affiliatæ aut affiliati sunt. Et ita in contractu aliquo anno 1520. inito inter Idam de Horst, Magistram ac Priorissam, & Conventum Achat. ab una parte, & R. P. Priorem & Conventum FF. Prædicat. ab altera, Achatianas vocari lego. Porrò verisimile est Magistros Generales jam memoratos Ordinis Præd. participationem meritorum dedisse Achatianis Monialibus, eò quòd ex concessione Eugen. & Sixti IV. ipsæ uterentur Dominicanis Confessariis, &c. vel etiam quòd iis annuè benefecerint: Ut colligo ex originali alio contractu Priorem inter Dominicanorum, & Magistram ad S. Achat. initum.

Supereff, Ne 1. & 2. depositio extraordinaria penitus & quoad singula membra falsa esse appareat; ut eæ paulisper

VIII.  
Idem probatur ex  
notitia dæ-  
lisper



plici domo-  
rum & Pro-  
vinciarum  
Sacri Ordinis  
Prædicatorum.

lisper restringantur, sive modificentur: dicaturque non quidem *semper* Achatianas fuisse *Ordinis S. Dominici*, & *Eadem sine ulla exceptione subjectas*: sed ex capite hoc (quod subindè contigerit Moniales ab una regula seu instituto transisse ad aliud) sustineatur, saltem aliquando Achatianas, & post tempora Walrami, Archi-Episcopi, Eugenii & Sixti IV. Pontificum; item duorum paulò antè laudatorum Magistrorum Generalium, fuisse verè & propriè Ordinis S. Dominici. Sed quomodo hoc probatur? Habemus in Bibliotheca nostra notitiam duplicem domorum & Provinciarum S. Ordinis Prædicatorum. Unam ab initio Sacri Ordinis ad annum 1500, alteram ab anno 1500 ad 1720, in utraqûe domus omnes enumerantur etiam antiquatæ, aut quavis fortunâ amissæ; at nullibi invenitur Conventus S. Achatii Coloniae, licèt Gertrudianus in utraqûe notetur præter domum conventualium virorum. In 1. notitia sæpè notantur etiam plura in eadem Urbe Monasteria Sororum in Provincia Teutonia. Sed Pag. 10. N. 53. legitur: 1. *S. Gertrudis in Colonia*. In altera notitia ab anno 1500 ad 1720, p. 5. n. 8. habentur sequentia: *Provincia Teutonia, in qua jam sunt hæ domus conventuales.* 1. *Aquisgranensis.* 2. *Coloniensis*, &c. *Monasteria sororum* 8. 1. *Colon. ad S.*

Ger-

*rudem.* 2. *Frankofurtanum in monte Rosarum, &c.* Quæ hæc infelicitas Monialium ad S. Achatium ut in nullum Archivium Ordinis, in nullum catalogum sive antiquum sive novum referri meruerint?

Benè igitur novo titulo depositiones 4 Monialium vocantur extraordinariæ: quia vel falsificant, vel negligentia aut ignorantia arguunt venerandam notitiam sacri Ordinis, & quidem coram testibus specialiter ob idoneitatem personarum, & materiae substratae notitiam ad hoc vocari promeritis, uno rectore, altero fabro ferrario, in platea unctoria habitantibus. Quàm, vellem, ut meliùs unctæ depositiones ejusmodi publicam aspexissent lucem. Interim ne tædium obrepat Lectori (cujus æquè ac meâ parùm intererit, cujus Ordinis Moniales istæ fuerint) quatuor deponentibus Magdalena & Gertrudi velatis, Belæ ac Margarethæ Laicis sororibus ad somnum conciliandum, aut somnia discutienda versus quosdam accinamus.

Esse, fuisse, fore, affirmas te Magdala  
*semper,*

Dic, precor, hoc *semper* Magdala  
quando fuit?

*Semper* Gertrudis, *semper* Bela, Margara  
*semper.*

Dic precor hoc *semper* Margara quan-  
do fuit?

Somnia discutienda sunt : quia vel, dum ante viginti quinque annos subscripserant quatuor istæ Deponentes cum Magistra & Sub-Magistra, cæterisque Monialibus libello supplici ad Gregorium XIII. misso, vel dum contrarium modo sanè extraordinario post viginti quinque annos deposuerunt ; somniarunt, aut lethæo fuere afflatæ poculo, In libello enim isto supplici (quantùm ex responso Pontificio ad Commissarios patet, vocant se Ordinis S. Augustini, peruntque ut cum approbatione NB. Ordinarii Monasterium Patribus Soc. possint dividere, & reliquum pecuniæ singulis æqua divisione obventuræ, ejusdem NB Ordinarii arbitrio alienis dare Monasteriis : in quibus benevolas invenirent réceptrices. An non decebat, etiam si ultrò migrare vellent, mentionem facere Ordinis S. Dominici, si ejus Ordinis se esse autumabant ? Aut Provincialis Germ. sup. vel ejus Vicarii meminisse : quibus sine ulla exceptione semper subiectæ, & à quibus semper visitatæ fuerant ? An non etiam decebat petere veniam non vagam ad aliena eundi Monasteria, sed potiùs ad Monasteria Sororum Ordinis S. Dominici ? Res mira, imò non mira. Nam constabat ex verustis documentis & historia earum domestica : quòd Ordinis essent S. Augustini, sic quoque sentiebant historici temporis,

Archi-

## IX.

Idem probatur ex libello supplici ipsarum Monialium ad Pontificem misso, Archi-Ep. Commissar. Pontif. Bulla Gregor. XIII.

Archi-Episcopi Colon. Pontifices, generales Magistri, & Compilatores domuum ac Provinciarum Ord. S. Dominici. Demum ultimis temporibus, usque ad Monasterii dissolutionem RR. DD. Commissarii Pontificii, & Archiepiscopi Colon. Item ex horum aliorumque omni exceptione majorum relatione Gregorius XIII. qui in brevi transmissio: *Dilectis sius Godefrido Groppero, & Conrado Wippermanno*, eas vocat *Ordinis S. Augustini*; & in Bulla: *Exponi siquidem*, eas vocat: *S. Augustini vel alterius Ordinis*; quam ultimam clausulam viderut adjecisse, eò quod intellexisset PP. Dominicanos, nescio quòd jus sibi in Monasterium S. Achatii arrogasse. Et hinc etiam pro contractu Achatianas inter & PP. Soc. inito magis roborando contra quoscunque se opposituros dat facultatem Monialibus vendendi Monasterii *mediante justo pretio, arbitrio boni viri aestimando, cum autoritate NB. Ordinarii, etiam absque alio assensu quorumcunque NB. regularium Superiorum, V. c. 5. L. A. & B.*

Sed de duabus primis depositionibus tandem plùs quàm satis. Si tibi tædiofum sit ista legere, mi bone & harum & aliarum cum tanto plausu Promulgator! cogita quæ mihi nausea subrepere debeat in argumentis his contra reconglobandis, quæ Colleg. Colon. ad nihil

X.  
Rationes  
cur fufius  
ostensum sit  
Achatianas  
Moniales  
non fuisse  
Ordinis S.  
Dominici;  
licet id ad

punctum  
principale  
justæ vel in-  
justæ pos-  
sessionis  
nihil faciat.

prodesse possunt. Sive enim Achatianæ fuerint Ordinis S. Augustini, sive alterius, si locum Monasterii istius injusto possidemus titulo, & mala fide; sciet quivis intelligens, & rem suam curans; an & quomodo coram competente iudice diem nobis dicere debeat. Si autem iusto habemus locum hunc titulo, in ejus possessione jam à 150 annis inchoata, & sine contradictione legitimâ, usque huc continuata, remanendum. Est tamen aliquid quo tendimus, ne inutiliter laborâsse videamur. *Si non vis intelligere, aut si te fingis non intelligere, noli obstrepere volentibus, & volentibus intelligere....* S. August. contra Julian. c. 46. Impartialis & emunctæ nonnihil naris Lector facile colliget, quid cæteris fidendum sit depositionibus; si tam enormiter imæ claudicent. Statuent etiam multi, utique dedecere religiosos viros ejusmodi convitia: Jesuitas vi, fraudibus, &c. Monasterium Monialium S. Dominici ad se rapuisse, cum hætenus nullam veritatis speciem habeat, id Monasterium ad Ordinem hunc pertinuisse. Si autem abundare pergis in sensu tuo, & juxtâ tuum quidem criterium me reprehendis errantem; *patere me, quæso, cum talibus* (Historicis, Archi-Episcopis, Pontificibus, Ordinis tui Prælati, authenticis Achatianarum Monialium, & propriis tui Ordinis do-

cumentis) errare, & cum me erroris mei socios multos habere perspexeris; tu veritatis tue adstipulatorem adferre debebis saltem unum. S. Hieron. ep. 11. Aut saltem testem vel argumentum aliquod robur invictum contra jam allata habens. Dum in tali vel æquali §. hoc à n. 2. ad 9. tibi propinato, inquirendo sudabis, utcunque triumphum ante victoriam aliàs cecineris: Scies opere difficilius esse confirmare sua, quàm aliena reprehendere, S. August. ep. 11.

§. 2.

*Respondetur ad punctum tertium, quartum, & quintum.*

*Resp. 1.* Ad punctum 3. me libenter, & ultrò supponere; quòd non tantùm passim & ordinariè, sed semper statuto tempore Moniales visitaverint chorum cantando, legendo, &c.

*Resp. 2.* ad punctum 4. laude dignum esse, quòd Achatianæ semper habuerint proprium Confessarium. Quàm liberum illis fuerit hunc vel illum assumere, quam subjectionem habuerint ad Parochum S. Pauli, V. §. priore n. 5. & 6. Quòd quotidie duo sacra habuerint, unum quòd legebatur, alterum, quòd cantabatur Conventu FF. Prædicatorum Colon. video ex contractu originali R. P. Prioris Frat.

Ex punctis 3 4 & 5 nullatenus sequitur, quòd Achatianæ fuerint Ordinis S. Dominici.

D ;

Ri-

Richolffivam Steinweige, anno 1368 cum Magistra Heilika de Bedendorff, quid annuè ideò dederint Achatianæ Moniales, & quòd plenam sibi libertatem reservarint contractum, si pactis non sterur, rescindendi, ac substituendi quoscunque alios.

*Resp. 3.* ad punctum 5. pariter laudabile esse, quòd Moniales ex eodem scilicet FF. Præd. Conventu Dominicis & festivis diebus concionem habuerint. Si in Conventus FF. Præd. templo, & simul in templo S. Achatii omnibus Dominicis & festivis diebus à PP. Dominicanis concio habita est, id eò rarum magis: quòd scitur evidentiùs iniquis istis temporibus raros fuisse Coloniae, & per totam viciniam ob hæresis & ignorantia commune malum genuinos Verbi Divini Prædicatores. Probabile videtur, quòd diebus Festivis & Dominicis audiêrunt Moniales saltem frequenter ex fenestra aliqua versùs templum Dominicanorum concionantem in templo isto Dominicanum: nam in originali contractu inter Idam de Horst, Priorissam, & FF. Præd. p. t. Provinciale Everhardum van Kleve, anno 1520, Lunæ post S. Petri vincula inito, inter cætera lego sequentia, jam tum in iudicio authenticè exhibita: **Auch so ist hix in gefürwert / und verschriden / dat wir geine Sinsteren / oder Löscher**

cher durch dieselve Moyer sollen/  
 noch willen haben gegen dat  
 vorsch. Convent eynlicher Wyß/  
 sullen noch willen / daß auch dar  
 hin zu hauen nimmermehr bege  
 ren / beheltlich auß der Synstern/  
 wie von alders her gewöhnlich  
 gewest ist / und niet anders / dae  
 wir predigen / und dat Wort  
 Gotz durch / und mit höiren mö  
 gen / wannehe man prediget / dies  
 selbig sol auch / wie gewödenlich/  
 mit eynem Iseren Seremß Ges  
 schlossen syn also / dat dair nie  
 manz durch konne gain / etc.

§. 3.

*Respondetur ad punctum sextum & se  
 ptimum.*

*Ad Punct. 6. Quòd quidam Jesuita  
 nomine P. Jacobus cura Ordinis licentiam  
 audierit duarum Priorissa & Sub-Prio  
 rissa Confessionem & predicaverit. Re  
 spondeo breviter. Non indigebat, quis  
 cunque demum iste P. Jacobus, licen  
 tia Ordinis FF. Prædicatorum in ordine  
 ad audiendas confessiones vel prædican  
 dum in Monasterio, ut hætenus vidi  
 mus, Ordini isti non subjecto. Dein  
 sufficiebant licentia vel Ordinarii, cui  
 Acharianæ subjectæ erant, vel Nuntii  
 Apostolici, vel Commissariorum Pon*

I.  
 Nulla li  
 centia Or  
 dinis P. Ja  
 cobus Je  
 suita indi  
 gebat ad au  
 diendas  
 confessiones  
 & prædi  
 candum.



tificiorum, vel etiam alia privilegia. Hinc calumniaris, quisquis dicis P. Jacobum attentâsse aliquid citra Ordinis licentiam, quàm priùs NB. debuisset experere.

II.  
Ostenditur  
ambiguus  
esse sensus  
horum ver-  
borum:  
Post illam  
Confessio-  
nem &  
Pradica-  
tionem,  
vel calum-  
niosum  
esse, vel in  
laudem P.  
Jacobi ex-  
plicari  
posse.

*Ad punctum 7. post illam confessionem & prædicationem Priorissam, & Sub-Priorissam contra Ordinem & P. Provinciale tumultuâsse, & ejus visitationem repudiâsse.*

*Resp. 1.* Quia verba ista ambiguum possunt habere sensum; iterùm jure queror: Quòd à Notario Villinck vernaculâ linguâ depositiones Monialium datæ, vel saltem ab alio non sint publico communicatæ: ut, in quo propriè sensu se expectorare voluerint 4. Deponentes, fideliùs ac certiùs nobis constaret, V. C. 2. §. 1. n. 3.

*Resp. 2.* Si per verba hæc: *Post illam Confessionem & Prædicationem*, voluerint innuere deponentes, quod semen tumultûs jecerit P. Jacobus Confessiones Monialium excipiendo & prædicando. Quæro: Quid ergò dixit è cathedra? Non possum quærere, quid in sede confessionali. Quamdiu solidis non probatur argumentis, quòd in præjudicium aut contèptum S. Ordinis Præd. quidquam dixerit P. Jacobus: depositio extraordinaria, in sensu tali intellecta, habetur pro calumnia extraordinaria, & imprudenter post 125 egisse censendus

us est ; quiscunque demum ejusmodi depositionem claudicantem promulgavit & sparsit.

*Resp. 3.* Si per verba: *Post illam Confessionem*, &c. intelligatur : quòd P. Jacobi methodo confessiones excipiendi, pœnitentes instruendi, Verbum Divinum explanandi, Priorissa & Sub-Priorissa summoperè contentæ in iis circumstantiis, in quibus tunc erant, noluerint ampliùs habere Confessarium, vel Concionatorem ex Conventu FF. Præd. (quod liberum illis erat V. c. 3. §. 1. n. 5. & 6.) nec ideò culpandus est P. Jacobus, nec Moniales. Sicut nec ex eo capite : quòd repudiarint visitationem Provincialis FF. Præd. quia impetrarant à Sixto IV. quòd NB. possent, sive si illis placuerit, non autem quòd NB. tenerentur visitatorem ex Ordine S. Dominici habere, ita tamen, ut manerent NB. Ordinis S. Augustini. Nec competeat Provinciali præcisè vi officii visitare ; sed visitator earum debebat à solo Magistro Generali Ordinis Præd. specialiter nominari, V. loc. cit. n. 6. Manserunt etiam Moniales semper subjectæ Ordinario. Poterant ergo & ab illo quoque visitatorem admittere, & multò magis à Papa. Fuerunt autem & ab Ordinario, & ab ejus Vicario Generali, & à Pon-

tifice constituti bini sæpiùs laudati RR. DD. Gropperus & Wippermannus.

III.  
Contra  
quas stet  
præsumptio  
ratione tu-  
multus in  
Monasterio  
S. Achatii  
concitati.

*Resp. 4.* Certè fuit tumultus in Monasterio S. Achatii & quidem tantus, ut & Commissariis & Sedi Apostolicæ aliâ viâ sopiri non posse visus sit, quàm per tumultuantium separationem. Sed an hic tumultus inter Moniales à Priorissâ aut Sub-Priorissâ exordium duxerit, an autem à quatuor Monialibus duabus velatis, & duabus laicis sororibus, quæ post 25 annos Priorissam, & Sub-Priorissam in Depositionibus suis extraordinariis tam enormiter nullo adducto argumento accusant, unde mi Anonyme depositionum illarum post centum, & ultrà annos Promulgator discas? Si solidi quid contra Priorissam & Sub-Priorissam adferre non possis: nunquid & tibi grata est communis regula *per se loquendo standum est pro superioribus?*

#### §. 4.

*Respondetur ad punctum octavum.*

Ad punctum 8. tandem PP. Jesuita Ordine in scio Romæ à Gregorio XIII. suppresso nomine S. Dominici, emptionem Monasterii impetrâsse.

I.  
Hujus Depositionis inane fun-  
*Resp. 1.* Superi! Meæ bonæ Anus, ut ostendatis hanc anilem non esse fabulam: quid probè adfertis, quòd tam frau-

fraudulenter egerint Jesuitæ? Quis familiaris vobis detexit genius, quid dixerint, quid egerint Romæ, vel quid Romam scripserint Jesuitæ? Ubi existant eorum literæ, ex quibus id colligi possit? Vel qui testes de visu, auditu, adducuntur omni exceptione majores, quod Romæ tam callidè ac nequiter suppresserint nomen S. Dominici, & Ordine incio emptionem Monasterii à Pontifice, haud dubiè sub vel obrepticè, impetrârint. Habemus supplicam vestram bonæ Moniales & nomine vestro à binis RR. DD. Commissariis Romam missam: in qua petiistis licentiam vendendi Monasterii Patribus Societatis. Nullum exemplar exstat, quid Jesuitæ scripserint. Ergò palmaris hæc denuò est calumnia; nisi alia adferantur documenta.

damentum patet ex eo, quòd ex nullo documento constet, quid egerint Jesuitæ Romæ, vel quod Achaianæ fuerint Ordinis S. Dominici.

*Resp. 2.* Si Jesuitæ Ordine incio & suppresso nomine S. Dominici impetrâssent à Pontifice emptionem Monasterii: vis scire causam mi bone Promulgator tam mirabilium depositionum! quæ ad tacendum nomen S. Dominici, aut huic Venerabili Ordini nil desuper insinuandum movere Jesuitas potuisset? Illa incideret etiam alicui rectori, aut fabro ferrario in platea unctoria habitanti: quales in testes harum depositionum adhibiti sunt. Nempe omnia documenta cap. 3. §. 1. allata, quæ à doctis & indoctis

doctis facillè capi possunt, majores nostros & nos hæctenus edocent: Moniales S. Achatii non fuisse Ordinis S. Dominici.

II.  
Non ignoravit Pontifex quòd jus in Monast. S. Achat. sibi aliquod arrogarint FF. Prædic.

*Resp. 3. ex superfluo. Ut lector videat, in quàm crasso errore & fuerint deponentes, & harum depositionum promulgatores: quòd scilicet Ordine incisco res tota confecta sit, antequam in venditionem consentiret Pontifex, vel Pontifex, antequam Commissariis facultatem contractum Jesuitas inter & Moniales initum exequendi dedisset, nescierit tale quale jus sibi arrogare in Monasterium S. Achatii PP. Dominicanos: inspiciat & legat, obsecro, breve Gregorii XIII. c. 5. lit. c. ubi inter cætera habentur hæc formalia ad Commissarios:*  
*Authoritatem omnimodam vobis concedentes his nostris literis Apostolicis omnia, qua ad executionem hujus nostra commissionis pertinent, quam primum exequendi & perficiendi: sive illa ad ipsarum Monialium personas bona & fundationes, sive NB. ad controversiam eam, quam cum FF. Prædicatoribus nuper illis natam esse audivimus, sive etiam ad ipsos Sacerdotes Societatis pertinebunt.*

### §. 5.

*Respondetur ad punctum nonum.*

*Ad punctum 9. Quòd coactè debuerunt*  
*sub-*

*subscribere urgente quodam Commissario  
Pralato saculari in Albo vel Blanco cum  
illa comminatione, quod quacunque non  
vellet subscribere, nihil de pecunia vendi-  
tionis acciperet.*

*Resp. 1.* Vides mi, amice Lector! c. 1.

n. 1. quod ipsæ Moniales omnes & sin-  
gularè nomine proprio subscripto petie-  
rint facultatem in libello supplice ad  
Pontificem vendendi Monasterii Patri-  
bus Soc. Vides n. 2. quod Pontifex eam  
facultatem dedit in brevi dato ad  
Commissarios, & in Bullâ: *Exponi si-  
quidem.* Vides n. 3. quod executores  
statuerit duos Archi-Episcopos & unum  
Episcopum præter duos Commissarios  
qui immediatam quoque è Pontifice fa-  
cultatem acceperant. Vides n. 4. quod  
15 Septembris, 1582, coram Commis-  
sariis Pontificiis, Sigillifero Majore &  
Minore, demum publico Notario cum  
testibus de novo requisitus sit omnium  
& singularum Monialium consensus  
quodque omnes stipulatâ manu assen-  
sæ sint; jurique omni, traditis clavibus,  
renuntiarint. Hæc omnia & unanimem  
Monialium consensum retulerunt Com-  
missarii ad Ordinarium & ad Pontificem  
& ad Amplissimum Senatum Colonien-  
sem, ut vides n. 6. Quomodo ergo vi-  
ginti quinque annis ex post & se, &  
RR. DD. Commissarios, totque alios  
illustres testes, quibus Senatus Ordina-  
rius,

I.  
Falsitas  
depositio-  
nis patet ex  
variis capi-  
tibus.

rius, & Pontifex credidit, turpissimi mendacii reos agunt duæ velatæ & duæ Laicæ Sorores, & dicunt: Quod coactè debuerint subscribere? An non citius, si quid rei subfuisset, debuissent de vi illata protestari Moniales, quàm post 25 annos coram tectore & fabro ferrario? Vah! quàm inconsideratè post 150 annos publico communicantur tam miserabiles Depositiones 4 mulierum: quæ certè digna non sunt, ut solvant corrigias calceamentorum RR. DD. Gropperi & Wippermanni, syderum tunc temporis Ecclesiæ Colonienfis; ne dum Romani Pontificis Gregorii XIII. qui expressè plùs quàm vice simplici testatur ipsas Moniales ultrò petiisse facultatem vendendi Monasterii ex duabus gravissimis causis dissidii, & æris alieni.

II.  
Depositi  
se ipsam de-  
struit, & la-  
bem non  
modicam  
Deponen-  
tibus asper-  
git.

*Resp. 2.* Non tantùm & se & tot magnos viros mendacii arguunt bonæ 4 deponentes: sed & earum depositio se ipsam destruit. *Coactè* dicunt se debuisse subscribere. Quomodo ergò coactè fuerunt? Comminatio adhibebatur, inquit, quòd quacunque non vellet subscribere, nihil de pecunia venditionis acciperet. Bellè. Cùm Moniales ad respondendum citari nequeant: fidelis depositionum post sesqui Sæculum promulgator responde, obsecro! ad hoc dilemma. Vel 4 illæ deponentes iudicârunt æquum esse & conveniens: ut

Pa-

Patribus Soc. venderetur Monasterium, vel iniquum ac inconueniens, & consequenter neutiquam debere fieri? Si irà, concidunt omnes earum depositiones: si non, cur ergò subscripserunt, ut aliquid simul, *de pecunia NB. venditionis* acciperent? Talibus, amabo! quæ ex metu, ne nummis priuentur, subscribunt contractui, quem iniquum, inconuenientem esse, nec fieri debere iudicant: quæ fides adhibenda?

§. 6.

*Respondetur ad punctum decimum.*

Ad punctum 10. *Verùm, quòd PP. nòtè existèntibus Monialibus in earum Monasterio perfregerint per se vel alios murum Conuentus, & ita intraverint Patres.*

*Resp. 1. Præmissò suspitio S. Augustini, L. 12. Confess. c. 25. O vitæ pauperum Deus! in cuius sinu non est contraditio: plue mihi mitigationes in cor, ut patienter tales feram. Atrox fateor hoc erimen & enorme foret, cadens in renebriones, fures, grassatores nocturnos, non homines: quales tunc temporis fuisse Jesuitas Colonenses nôrunt historici temporis celeberrimi, nôvit Colonia tota, nôrunt Romani Pontifices, nôvit Augustissimus Rudolphus Imperator, nôvit Serenissimus ac Reverendissimus Ernestus, Baviaræ Dux, & Episco-*

I.  
Depositio est atrocissima calumnia contra Solem pugnans.



Episcopus Leodiensis, nôrunt Commis-  
sarii Serenissimi Ducis Juliacensis cum  
Principe suo, qui omnes unâ cum Re-  
verendissimo Groppero commendârunt  
Patres Soc. Amplissimo Senatui Colo-  
niensi, ut eos sinerent quietâ possessio-  
ne in Achatiano Monasterio frui. Novit  
Amplissimus Senatus ipse: qui, post  
injectas varias à minùs faventibus mo-  
ras, quietos nos demum esse voluit in-  
colas Achatiani Monasterii. Nôrunt RR.  
DD. Sigillifer Major & Minor, Nota-  
rius item cum testibus, aliiq̃ue RR. c.  
1. à n. 4. enumerati, in quorum præ-  
sentia possessio à Patribus capta est. Nô-  
runt ipsæ denique Moniales omnes,  
quæ, ut ex ipsis Monasterii sui documē-  
tis patet, 17 Septembris, 2582, ma-  
nè exiverunt, & traditis clavibus locum  
Patribus fecerunt. Ad cujus instantiam  
tam infame mendacium deposuerint post  
25 annos quatuor ex iis, item in quo  
loco, vel an benè præsentibus sibi fue-  
rint, & rerum gestarum adhuc gnaræ  
Deus novit.

II. *Resp. 2.* An non pudet te, mi bone  
Promulgator! quòd tam incredibilia,  
ac nullatenus cohærentia post sesqui  
Sæculum priùs promulges? Dic, obse-  
cro! quid potuisset stimulare Patres Soc.  
ad tam enorme facinus? Dum Pontifex  
& Ordinarius contractum venditionis  
initum approbârunt, eorum Commis-  
sarii

Non est  
ulla veri  
species in  
depositione  
consideratis  
& iis, quæ  
præcesserunt,  
& quæ  
secuta sunt  
captam

farii illum executi fuerant : ipsæ Moniales omnes & singulæ subscripserant, & confenserant, dato etiam quòd tuæ deponentes id fecerint ex metu, ne de pecunia venditionis nihil acciperent. V. c. 3. §. 5. resp. 2. Quid, inquam, PP. Soc. in his circumstantiis stimulare potuisset ad tam atrocem violentiam adhibendam ; ut de nocte adhuc existentibus Monialibus in earum Monasterio per se vel alios murum effringerent? Si non adfers vel aliquem verisimilitudinis colorem, & tamen tam incredibilia, & horrenda non vereris promulgare, dicam, jam verum esse illud celeberrimi Poëtæ effatum :

possessio-  
nem Mo-  
nasterii S.  
Achatii.

Non audet Stygius Pluto tentare,  
quod audet

Effrænis genius, plenâque fraudis  
anus.

Edic, amabo! quis est contextus hujus anilis fabulæ? An Moniales de nocte vicinorum opem, & maximè eorum, quibus olim Confessariis usæ fuerant, per clamores & lamenta non implorârunt? Dein muris effractis intrârunt Patres? An expulerunt Moniales ista nocte? Et quo expulsæ de nocte se receperunt? Demum an quod de nocte factum fuisse fingitur ad conspectum Solis non venit manè? An est credibile, quòd Moniales desuper suas statim non deposuissent querelas? An non



tota urbs contra nocturnos grassatores  
 mota, & maximè Amplissimus Senatus  
 fuisset, in quo non paucos tunc habebat  
 sibi adversantes Societas? Et tamen ali-  
 quot post captam possessionem diebus  
 gratiosum per duos Senatores misit de-  
 cretum de mantenentia possessionis ca-  
 ptæ; & quidem cum hac clausula exhor-  
 tatoria: ut, cùm in Dominicam proxi-  
 mam 7 scilicet Octobris incideret Dedi-  
 catio Templi S. Achatii, illo die ape-  
 riretur pro publicis solennitatibus tem-  
 plum, &c. quod ipsum cum quo ac-  
 cursu, applausu, imò & gratulatione  
 primarii D. Consulis regentis factum  
 sit, V. c. 1. n. 6, circa finem. Ergò sa-  
 nè & RR. DD. Commissariis Pontifi-  
 cis & Ordinarii, tot omni exceptione  
 majoribus in adita possessione testibus,  
 & urbi universæ, & Amplissimo Sena-  
 tui, & strenuis DD. Consulibus igno-  
 tum fuit nocturnorum grassatorum cri-  
 men, fraus, violentia: quæ omnia per te  
 Promulgatorem harum depositionum  
 cum tanta insultatione, & in summum  
 Societatis nostræ vilipendium publico  
 comunicantur? Liceat hic denuò suspirare  
 cum S. Augustino ep. 227. *Dolendum quod  
 sint, qui detrahendo nobis ceterorum animos,  
 à quibus diligi videmur, adversus nos per-  
 turbare conantur.* Interim mi bone Pro-  
 mulgator! attendat vigilantia mentis tua  
 neminem contaminari posse ignotorum (&  
 mul-

multò magis ignotarum, & tam cæcarum depositionum post sesqui sæculum ad lucem publicam protractarum) ignotisque criminibus. S. August. ep. 164. & totam infamiam redundare in authorem.

§. 7.

*Respondetur ad punctum 11. & 12.*

Ad punctum 11. *Conventus nullo ære alieno obligabatur, nisi tantum in uno aureo floreno, quem etiam solverunt priusquam dividerentur ad aliena Monasteria.* Item ad punctum 12. *Habebant in deposito ad 600 aureos in auro, & in re domestica in singulis provisionem unius anni.*

*Resp. 1.* Multa hic equidem cuilibet occurrunt dubia circa jactabundas has voces, unum florenum aureum totum fuisse debitum, & hunc quoque solutum; adeoque nec teruncium debuisse ulli toto in Orbe Moniales (quod vix in ditissima aliqua Abbatia reperibile est) & præter 600 aureos quos habebant in deposito, habuisse in re domestica NB. in singulis provisionem unius anni. Quæ verba, maximè, si consideretur, quid requiratur ad provisionem in re domestica NB. in singulis, fors videbuntur nimis multum quoad aliqua, quoad alia nimis parum dicere. Sed mittamus ista. Jesuitæ non inspexerunt crumenas Monialium.

I.  
Depositionis falsitas patet ex eo quod tot omni exceptione majores testentur contrarium, & deponentes sibi ipsis contradicant.

Quidquid habuerunt inter se diviserunt juxta Conditiones à Pontifice approbatas, & extulerunt.

*Resp. 2.* Age mi bone Promulgator! casum tibi propono perplexum, ut judices à quà parte stet victoria. Quatuor Moniales stant in una acie & felicem adedè rei familiaris statum depraedicant. Hæ ipsæ contra se stant in acie altera. Ipsæ hæ, & aliæ universim, omnes & singulæ in libello supplice ad Pontificem Gregorium XIII. ante 25 annos omninò oppositum attestatæ sunt: idem RR. DD. Commissarii Apostolici Gropperus & Wippermannus, idem Ordinarius, idem Nuntius Apostolicus, Cardinalis Comensis, ad Pontificem retulerunt. Demum Pontifex Gregorius XIII. in Bulla: *Exponi siquidem*; idem sibi à Monialibus perscriptum fuisse profiteretur, & quidem cum his formalibus: quòd Monasterium earum *are alieno ità gravatum existeret, ut NB. ne spes ulla ejus eluendi etiam cum parsimonia, & NB. detractione quotidiana ad victum vestitumque impensa superesset.* V. c. 5. lit. A. Hem Promulgator! quid ad hæc? An dicemus tot viros in summa dignitate constitutos, ipsùmque Pontificem voluisse Orbi imponere, nec fideliter verba Monialium in Bulla sua retulisse? An dicemus tot viros mentitos fuisse, vel

vel ipsas Moniales omnes, quando miserum adeò rei familiaris statum Sedi Apostolicæ exposuerunt? Vel demum quatuor Moniales crassi & grossi arguemus mendacii, quando post 25 annos coram *Tectore* & *Fabro* sibi ipsis contradixerunt, & contrarium deposuere? Judicium sit penes lectorem, pro quâ parte stet præsumptio, à qua acie stet victoria.

*Resp. 3.* Mirum esse, quòd cum causam venditionis de ære alieno post tot annos negarint fuisse veram contra prævia propria & tot aliorum, quibus credi debet, attestata, pariter alteram pro venditione Monasterii militantem causam, scilicet dissidium inter Moniales ipsas, non dixerint falsam esse coram *Tectore* ac *Fabro* 4 Deponentes. Sic enim adhuc gloriosius mendacium fuisset. In Crombecio pag. 737. ad annum 1582. in libello porrecto Cardinali Comensi Nuntio Apostolico lego sequentia: *Levanda paupertati & contentioni diu inter ipsas grassanti inventum esse modum hac venditione.* In Syntag. 46. pag. 505. Ægidius Gelenius ex Canonico Andreatico factus Episcopus Aureopolitanus, inter cætera habet hæc formalia: *Inter ades comparatas* (scilicet à PP. S. J.) *fuit Monasterio um S. Achatii inhabitatum à Virginibus adeò dissidentibus, ut discessionem, earum saluti neces-*

II.  
Meliùs deponentes fecissent, si tacuissent de ære alieno, sicut de dissidiis tacuerunt.

*sariam, iudicaverit sacer Senatus. Idem*  
 inveni in relatione RR. DD. Commis-  
 sariorum sæpiùs laudatorum & ad Or-  
 dinarium & ad Pontificem. Idem Pon-  
 tificex in Bulla: *Exponi siquidem; sæpiùs*  
*citata ex ipsa Monialium relatione, &*  
*Commissariorum in partibus, quibus*  
*causæ cognitio demandata erat, atte-*  
*statur inter cætera dicens: Quòd Mo-*  
*niales ipsa intor se dissidentes parum quietè*  
*viverent. Sicut autem de dissidiis altum*  
*tacuerunt 4 Moniales, ità feliciùs quo-*  
*que de ære alieno tacuissent, & omnium*  
*optimum fuisset talia, quæ apertæ falsi-*  
*tatis convinci possunt, etiam nequidem*  
*post 150 annos promulgâsse.*

### §. 8.

*Respondetur ad decimum tertium.*

*Ad punctum 13. Verum quòd PP.*  
*non saltem locum, sed Glenodias Ordinis.*  
*Item libros chorales, & Missalia accepe-*  
*runt.*

I. *Examina-*  
*tur sensus*  
*depositio-*  
*nis, & ad*  
*eam in hoc*  
*vel illo sen-*  
*su intelle-*  
*ctam re-*  
*spondetur.*

*Resp. 1. Nemo impartiali animo sche-*  
*diasma istud legens capiet: in quem*  
*finem, qui viris Religiosis intendi pos-*  
*sit & debeat, serviat, tam miseras & ex*  
*omni parte claudicantes depositions*  
*juris publici per typum facere, & cum*  
*tanto plausu distribuere. Cùm sensus de-*  
*positionis hujus 13 obscurus sit, dic*  
*mihi Anonyme Promulgator! ut cætera*  
*diffi-*

diffimilem, quomodo circa tò acceperunt explicârunt se in lingua vernacula coram Notario Villinck ac testibus tectore & fabro ferrario 4 Moniales? An acceperunt enarrata in hac depositione ex sensu Monialium Jesuitæ vi, furto, fraudibus, vel an donationis, aut emptionis titulo? Si primum asseris: palmaris es calumniator & detractor, nisi loco competente & coram competente iudice, & debitis, ut inculcat D. Th. circumstantiis observatis occultum per centum quinquaginta annos scelus detegas ac probes. Et utinam sicut mihi non obest, sic nec tibi obesset, quidquid contumeliarum mihi irrogas. S. Aug. ep. 211. Si 2 dum fateris; quid ista depositio aspergere labis, aut conflare invidiæ Societati potest, quo tamen tua omnia collimant? In summa: quidquid acceperunt Jesuitæ id nec gratis, nec auctoritate suâ, sed solutâ paratâ pecuniâ, vi contractûs à summa, quæ in terris erant, potestate roborati acceperunt.

Resp. 2. Missalium, librorum choralium nullum invenio vestigium. Et ad quid, obsecro, Jesuitis servient libri chorales Monialium? Si tamen hos (quod tamen verum non est) felici fortunâ cum Missalibus vendidissent, quod & horum, & aliorum in depositione allatorum est pretium? Et quid pro iis

II.  
Responde-  
tur ratione  
Missalium,  
& librorum  
choralium.



Jesuitæ exsolverunt? Hoc ad requisitionem F. Gisberti Prioris debuissent saltem circiter taxâsse deponentes: ut inde erui posset, an illi qui Achatianas Moniales sibi *semper & sine ulla exceptione subjectas fuisse* prætendunt, post seculum adhuc litem intentare possent Jesuitis, v. gr. ex capite defraudationis suprâ dimidium.

III.  
Petitur  
explicatio:  
Cujus  
Ordinis,  
& quæ  
Clenodia  
Ordinis  
à Jesuitis  
acceptæ  
sint.

*Resp. 3.* Oedipo opus est, qui nobis explicet, *cujus Ordinis*, & quas *Clenodias Ordinis* acceperint Jesuitæ. Quòd quæcunque demum Clenodiæ Monialium non fuerint Clenodiæ Ordinis S. Dominici, patet ex allatis c. 3. §. 1. à n. 2. ad 9. inclusivè. Etsi Achatianæ etiam fuissent Ordinis S. Dominici: cujus tandem generis aut speciei fuerunt Clenodiæ? Quæ Clenodiæ NB. Ordinis vocitantur. Utinam Notarius Villinck, aut F. Gisbertus Prior ad melius specificandum id, quod tam vagis ac genericis terminis dicitur, 4. Deponentes adegisset, vel sensum earum germanicè deponentium clarè latinè expressisset; vel si originale germanicum exstat, videat Anonymus Promulgator, an ex eo eruere possit, qui in specie fuerint Clenodiæ Ordinis à Jesuitis acceptæ; & eum per Clenodias res utique pretiosæ indigentur, examinet denuo, an asserere velit Jesuitas, quidquid acceperunt ab Achatianis, accepisse vi, fraudibus, dolo;

dolo ; vel justo emptionis, aut donationis titulo?

Dum hic ipse malleum inter & incudem hæret, ego interim sic statuo: *Clenodias Ordinis cujuscunque demum status religiosi* pretiosissimas esse ; prædicare opere, quod populo de charitate, mansuetudinæ, aliisque virtutibus juxta S. Dei Evangelium prædicatur ex ambone: bene loqui de absentibus & mortuis, famam alterius Religiosi Ordinis non denigrare ; crimen, quod nec notorietate facti, nec judicis publicum est, per schediasma impressum post 150 annos etiam publici juris non facere ; in circulis in & extra urbem non propagare ; sed vel silentio sepelire perpetuo, si probari non potest : vel si legitimis argumentis probari potest, & emendatio reorum quæritur, id denuntiare ; si bonum justitiæ publicæ, aut restitutio juris læsi alicujus tertii, reos accusare ; sed apud eos solos, & *quidem debitis circumstantiis observatis*, qui emendandi, puniendi, jus læsum alterius vindicandi, à Deo ac legitima potestate auctoritatem habent. Hanc enim regulam D. Thomas cum Theologis, Theologiæ, ac juris utriusque placita, demum sanæ rationis dictamina ab hominibus politis, etiam apud Ethnicos observari solita, nobis præscribunt, V. c. 2. n. 1. & 2. Demum sic statuo : quòd sicut

IV.  
 Quanam  
 propriè sint  
 Clenodiæ  
 Religiofo-  
 rum : &  
 quòd hi in  
 modo agen-  
 di contra  
 adversarios,  
 aut jus  
 suum pro-  
 sequendi  
 cedere non  
 debeant ho-  
 minibus  
 politis in  
 faculo.

apud homines de vulgo, malè feriatos  
 aut malè educatos etiam sæculares *tur-*  
*pus macula* est: quòd sic sese invicem  
 convitiis lacerent, æmulorum suorum  
 famam declinato competente foro  
 apud quoscunque obvios proscindant:  
 apud homines verò politos in sæculo  
*Clenodia* est: quòd eos, quos pro ho-  
 stibus, aut iniquis boni alieni raptori-  
 bus habent, sine strepitu, sine sparsis  
 per vulgus libellis diffamatoriis coram  
 iudice competente conveniant, & jus  
 suum strenuè quidem, sed etiam sine  
 convitiis coram ipsomet iudice prose-  
 quantur. Sic inquam statuo potiori  
 jure, quòd vera sit *Clenodia* quorum-  
 cunque demum Religiosorum idem  
 sanctè & exactè observare.

## C A P U T IV.

*Memorable NOTA F. Gisberti*  
*Prioris depositionibus tredecim subjunctum*  
*examinatur per partes; pro merito castiga-*  
*tur, & variorum errorum con-*  
*vincitur.*

**N**ota F. Gisberti Prioris: *Hoc ne-*  
*gotium totum directum fuit urgenti-*  
*bus Jesuitis per hereticum & Apostatam*  
*Episcopum (hoc primum membrum) qui*  
*violentà manu restrinxit manus Ordinis.*  
 Hoc alterum.

Præmonito Lectore, quòd post sub-  
 scri-